

regno dei. Cui enim difficile uidebitur eos fulgorem solis habituros ac syderum: ac firmamenti huius splendore decoratos: quibus uel uita uel conuersatio angelorum dei paratur in caelis: uel conformandi dicuntur ad gloriam corporis christi: Ad quam gloriam saluatoris ora promissam respiciens sanctus apostolus dixit. Quia seminat corpus animale: resurget corpus spiritale. Si enim uerum est: sicut certe uerum est: quod iustos quoque & sanctos angelorum consortiis sociabit diuina dignatio: certum est quod & corpora eorum in spiritualis corporis gloriam uertet. Nec hoc tibi contra naturalem corporis rationem uideatur esse promissum. Si enim credimus secundum ea quae scripta sunt: quod accipiens deus limbum terrae: plasmavit hominem: & haec fuit natura corporis nostri: ut uoluntate dei terra uerteretur in carnem: cur tibi aut absurdum aut contrarium uideatur: si iisdem rationibus quibus terra proficisci dicitur in corpus animale: rursum corpus animale in corpus proficisci spiritale credatur? Haec quidem atque his similia multa inuenies in scripturis diuinis de resurrectione iustorum. Dabitur autem etiam peccatoribus: ut supra diximus in corruptionis & immortalitatis ex resurrectione conditio: ut sicut iustis deus ministrat ad perpetuitatem gloriae: ita peccatoribus ad prolixitatem confusionis ministret & poenae. Sic enim propheticum diffinit eloquium: cuius & paulo ante meminimus ubi dicit. Et multi resurgent de terrae puluere: hi quidem in uitam aeternam: hi autem in confusionem & opprobrium aeternum. Si ergo intelleximus qua ueneratione deus omnipotens pater dicatur: quo uel sacramento dominus noster iesus christus unicus eius filius habeatur: & qua perfectione sanctus eius spiritus nominetur: utque sancta trinitas unum sit per substantiam: sed affectu personarum discreta: quid etiam partus uirginis: quid uerbi in carne natiuitas: quid sacramentum crucis: quae utilitas diuini ad infernae descensus: quae resurrectionis gloria: & animarum de infernis reuocata captiuitas: quid etiam ascensus eius ad caelum: & uenturi iudicis expectatio: sed & sanctae ecclesiae aduersus congregationes uanitatis: qualiter haberi debeat agnitio: qui sacrorum uoluminum numerus: quae uel haereticorum uitanda couenticula: utque in peccatorum remissione diuinae libertati nequaquam ratio naturalis obsistat. Et ut carnis nostrae resurrectionem non solum diuinae uocis sed & ipsi domini & saluatoris nostri. exemplum & consequentia naturalis rationis assignet. Si inquam hoc secundum traditionis supra expositae regulam consequenter aduertimus: deprecemur: ut nobis & omnibus qui hoc audiunt concedat dominus fide quam suscepimus custodita: cursu consumato expectare iustitiae repositam coronam: & inueniri inter eos qui resurgunt in uitam aeternam. Liberari uero a confusionem & opprobrium aeterno per christum dominum nostrum: per quem est deo patri omnipotenti cum spiritu sancto gloria & imperium in saecula saeculorum. Amen.

Expositio fidei beati Hieronymi praesbyteri ad Damasum papam: In qua haereses plurimas de trinitate & incarnatione uerbi ipse sentientes dicit: petens suam fidem a Damaso comprobari. Epistola secunda.

Credimus in deum patrem omnipotentem creatorum uisibiliu & inuisibiliu conditorum. Credimus & in dominum nostrum Iesum christum: per quem creata sunt omnia: uerum deum unigenitum & uerum dei filium: non factum aut adoptiuum: sed genitum: & unius cum patre substantiam: atque ita per omnia aequaliter deo patri: ut nec tempore: nec gradu: nec potestate: possit esse inferior. Tamenque confitemur esse illum qui est genitus: quoniam est ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum a patre filium diuina & ineffabili generatione aliquod ei tempus ascribimus: sed nec patrem aliquando coepisse: nec filium. Non enim aliter confiteri possumus aeternum patrem: nisi confiteamur etiam coaeternum filium. Ex filio enim pater dicitur: & qui semper pater fuit: semper habuit filium. Credimus & in spiritum sanctum: uerum deum ex patre procedentem: aequaliter per omnia patri & filio potestate: uoluntate: aeternitate: substantia: Nec est prorsus aliquis in trinitate gradus nihil quod inferius superiusue dici possit: sed tota diuinitas sui perfectione aequalis est: ut exceptis uocabulis quae proprietate personarum indicant: quicquid de una persona dicitur: de tribus dignissime possit intelligi. Atque ut confundentes Arrium unam eademque dicimus trinitatis esse substantiam: & unum in tribus personis fatemur deum: ita impietate Sabellii declinantes tres personas expressas sub proprietate distinguimus: non ipsum sibi patrem: ipsum sibi filium: ipsum sibi spiritum sanctum esse dicentes: sed aliam patris aliam filii: aliam spiritus sancti esse personam: non enim nomina tantummodo sed etiam nomina proprietates id est personas uel ut graeci exprimit hypostases hoc est substantias confitemur. Nec pater filii aut spiritus sancti personam aliquando excludit: nec rursus filius aut spiritus sanctus patris nomen personae recipit: sed pater semper pater est: filius semper filius: spiritus sanctus semper spiritus sanctus. Itaque substantiam unum sunt: personis ac nominibus distinguuntur. Ipsum autem dei filium qui absque initio aeternitate cum patre & spiritu sancto possedit: dicimus in fine saeculorum perfectum naturam nostram hominem suscepisse ex Maria semper uirgine: & uerbum carnem esse factum: assumendo hominem: non permutando deitatem: nec ut quidam sceleratissime opinantur: spiritum sanctum dicimus fuisse pro semine: sed potentia ac uirtute creatoris operatum. Sic autem confitemur in christo unam filii esse personam: ut dicamus duas esse perfectas atque integras substantias. id est diuinitatis & humanitatis: quae ex aera continentur & corpore. Atque ut condemnemus Photinum qui solum & nudum hominem confitetur in christo. Ita anathematizamus Apollinarum & eius similes: qui dicunt dei filium minus aliquid de humana suscepisse natura: & uel in carne uel in anima uel in sensu assumptum hominem: his propter quos assumptus est fuisse dissimilem: quem absque sola peccati macula quae naturalis non est: nobis confitemur fuisse conformem. Illorum quoque similiter execramur blasphemiam: qui nouo sensu asserere conantur a tempore susceptae carnis omnia quae erant deitatis in hominem demigrasse: & rursum quae erant humanitatis in deum esse transfusa: ut quod nulla unquam haeresis dicere ausa est: uideatur hac confusione utraque exinanita substantia diuinitatis scilicet & humanitatis: & a proprio statu in aliud esse mutata: qui tam deum imperfectum in filio quam hominem confitentur. ut nec deum uerum nec hominem tenere credantur. Nos autem dicimus susceptum a dei filio passibile nostrum: ut diuinitas impassibilis permaneret. Passus

plasmavit hominem

Animale in spiritale uertit

Haereticorum conuenientia

personas et nomina distinguunt

Photini error

Apollinaris error

impassibilis

passibilis

humanitas substantia glorificata
filius dei

Animas a deo factas credimus

Anathematizamus

est enim dei filius non putatiue: sed uere omnia quæ scriptura testatur: id est esuriē: sitim: lassitudinē: dolorem: mortē & cūcta huiusmodi. Secundū illud passus est quod pati poterat: id est nō secundū illā substantiā quæ assumptū: sed secundū illā quæ assumpta est. Ipse enī dei filius secundū suā deitatē impassibilis est ut pater: incōprehensibilis ut pater: inuisibilis ut pater: & quī propria persona filii id est dei uerbū suscepit passibilem hoīem: ita tamē eius habitatiōe secundū suā substantiā deitas uerbi nihil passa est: ut tota trinitas: quā impassibilem cōfiteri necesse est. Mortuus ē ergo dei filiū secundū scripturas iuxta id quod mori poterat. Resurrexir tertiā die. Ascēdit in cælū: sedet ad dexterā dei patris: manēte ea natura carni: in qua natus & passus est: in qua etiā resurrexit. Nō enim exinanita est humanitatis substantia: sed glorificata: i aternūq; cū deitate māsura. Accepta ergo a patre oīum potestate: quæ in cælo sūt & in terra: uēturus est ad iudiciū uiuorū & mortuorū: ut & iustos remuneret & puniat peccatores. Resurrectionē etiā carnis cōfitemur: & credimus: ut dicamus nos in eadē in qua nunc sumus ueritate mēbroz esse reparādos: qualesq; semel post resurrectionē fuerimus effecti in ppetuū pmāsuros. Vnā esse uitā sātōz: sed prēmia pro labore diuersa. Ecōtrario p mō delictorū peccatorū quoq; esse supplicia. Baptisma unū tenemus: quod iisdē sacramēti uerbis in infantibus quibus etiā in maioribus asserimus esse celebrandū. Hoīem si post baptismū lapsus fuerit: p pœnitentiā credimus posse saluari. Nouū & uetus testamentū recipimus in eo libroz numero quē sātā catholicā ecclesiā tradit auctoritas. Aīas a deo dari credimus: quas ab ipso factas dicimus: Anathematizātes eos: qui aīas quasi partē diuinā dicūt esse substantiā. Eoz quoq; cōdēnamus errorē: qui eas ante peccasse: uel in cælo cōuersatas fuisse dicūt: q̄ in corpora mitterent. Execramur eoz blasfemiā: qui dicūt: impossibile aliquid hoī a deo præceptū esse: & mādata dei nō a singulis sed ab oībus in cōe posse seruari: uel qui primas nuptias cū Manichæo: aut secūdas cū cataphrygis dānāt. Anathematizamus etiā illos: qui dei filiū necessitate carnis mentitū esse dicūt: & eū propter assumptū hoīem nō oīa facere potuisse quæ uoluit. Iouiniani quoq; dānamus hærēsim: qui dicit nullā in futuro meritorū esse distantia: nosq; eas ibi habituros esse uirtutes: quas hic habere neglexerimus. Liberū sic cōfitemur arbitriū: ut dicamus nos semp dei indigere auxilio: & tam illos errare: qui cū Manichæo dicunt hoīem peccatū uitare non posse: q̄ illos qui cū Iouiniano asserunt hoīem non posse peccare. Vterq; enim tollit arbitrii libertatē. Nos uero dicimus hoīem semp & peccare & nō peccare posse: ut semper nos liberi confiteamur esse arbitrii. Hæc fides est papa beatissime: q̄ in ecclesia catholica didicimus: quāq; semper tenuimus. In qua si minus perite aut parē caute aliquid forte positum est: emendari cupimus a te: qui Petri & fidem & sedem tenes. Sin autē nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur: quicumque me culpāre uoluerit: se imperitum uel maliuolum uel etiam non catholicū: non me hærēticum comprobabit.

Amen.

Libellus sancti Augustini contra quinque hæreses: In quo Paganos: Iudeos: Manichæos: Sabellios: Arriofq; conuincit: & utriusq; testamenti sententiis confutat.

Debitor sum fateor non necessitate: sed quod est uehementius charitate. Non tam ad compellendum potest esse molestus exactor: q̄ ad reddendum deuotus est debitor. Sed ut impleam quod promisi: adiuuate me sanctis orationibus uestris: ut dominus omnipotens det gratiam sermonibus meis: & satisfaciā ipsis mentibus uestris & auribus. Si meminisse dignamini qui in tempore affuistis: quinque hostium genera esse diximus: contra quæ expugnandi indutias postulauimus: ut necessaria preparare possimus. Promissus ille dies illuxit: nos quoq; impigre ad certamen domino adiuuante processimus. Adiutorium nostrum a domino: qui fecit cælum & terram. Donabit certanti uictoriam: qui certanti donauit audaciam: non nos hostium turba: non bellantium forma: non quasi fulgens uitrea terreat armatura. Goliath magnum robustū armis terribilem ingentiq; turba munitum. Dauid solus paruus atq; inermis: uno lapidis ictu prostrauit totaq; allophylorum castra turbauit: atq; fugauit. Quid nā aliud petra contra Goliath manu Dauid missa: nisi Christū contra diabolum ex semine Dauid significauit. Aggrediamur iā & eoz quæ diximus quinque genera hostiū proponamus. Paganī dicunt: Quid est quod nos exhorretis atq; abiicitis tanq̄ multos colētes deos? Ecce uos deum qui prædicatis colendū filiū habere dicitis: & sine alterius cōmixtione sexus natū esse configitis. Iudæi dicūt: quō unum colitis deum: quādo & hoīem quē patres nostri crucifixerūt dominū dicētes hoibus extorqueris: ut tanq̄ filiū dei uenerentur & colantur: Manichæi dicunt phantasma esse quod dicitur dominū christum fœmineo potuisse nasci ex utero. Non enim inquit dignū esse: ut tanta maiestas per sordes & squallores fœminæ transire credatur. Sabelliani id est patripassiani dicunt. Vnus est deus pater & filius: quoniam qui pater est ipse est & filius: Nam & si aliud dixerimus: dicimur multicolæ. Arriani dicunt. Alius est pater: alius est filius: sed minor est filius. Qnomodo enim fieri potest: ut genitori genitus extet æqualis? Ecce sunt errorum propositæ quæstiones quasi hostium positæ acies. Contra istas acies pestíferas sanctissimi fratres assumite arma dei: ut possitis resistere in die mala: & in omnibus perfecti stare. Accingimini lumbos uestros in ueritate: nemo trepidet: nemo formidet. Est lorica iusticiæ: est scutum dei: in quo sagittæ malorum extinguantur: est galea falsitatis & gladius spiritus quod est uerbum dei. Quisquis fidelis christi multum his fuerit minitus armis: non cuiusq; formidabit personam: non terrore temporis a tertamine reuocabitur. Eia fratres certamen in promptu est: seruet opus: urget aduersarius: spicula parat: iacere tentat. Nemo expauescat. plures nobiscum sunt: quam cum illis. Nobiscum est Moyses ille magnus amicus dei: qui ut hostem uinceret præliantem: ad cælum palmas extendit. Iam tunc figuram Christi ostendit ipse diuino imperio tumentis ponti

Paganī
Iudæi
Manichæi

Sabelliani
Arriani

In summo hinc

ponti uolueris fluctuosissimas undas unius uirgæ percussu traiciendo populū aridose uertit in campos. Nobis
 cū est iesus post Moysen populi dux israelitici, fortissimus procliator: cuius etiam nomē indicat saluatorē. Ipse
 potenti sui & diuina fiducia diē sui cursus metas ne perageret statuit: & nocti ne accederet imperant, ipse gen
 tiū reges non sigillati sed cōgregati superauit: captiuauit: humiliat: occidit: Nobiscū ē dauid manu fortis qd
 dicam seruus dei: electus dei: amicus dei: parēs dei: nouerat & bene nouerat nō solū parcere subiectis: sed & de
 bellare superbos. Verū etiam uirtutes ostendere: & patientiam custodire. Ipse cū inimicos suos persequeretur
 non pernitiosus: & cū uinceret non extitit impius. Nobiscū sunt alii atq; alii uiri: q omnia futura prauiderunt
 & prädixerūt. Non est ergo q; terreat nos: Expectate: audite: orate: interior & anterior circa me uestra sit ora
 tio: non diutius in moremur: iāq; qd' pposuimus psequamur. Quid dicis paganæ: deus inqt delectatus ē filio:
 indignit coniugio: si horruit coniugiū: solus ē sine filio. Quid enim poterat inueniri simile deo: qd' coniunge
 ret deo: & filii pareret deo: Deinde si ut dicitis habet deus filiū: iam nō unū colitis deū. Quid agimus: Ab Al
 lophylo missum excepimus. Quid remittemus qd' licet miserimū telū pueniat ad illū: qd' prodest: Quare:
 quia durus est: quia lapideus est: idola colit. Scriptū est: Similes illis fiant qui faciūt ea: & omnes qui confidūt
 in eis. Scās scripturas non accipit. Quaramus ergo lapidem quo percutiat percussus q̄sset: quas status cōmi
 nuat: cōminutus in puluerē conuertat: & conuersus in puluerem cōpulat: copultus serat: satus faciat fructū
 nō igni q; cōsumat: sed q; horreo recōdatur. Hermes qui latinæ Mercurius dicit scribit libꝛe q; λογος τελειος
 appellatur. i. uerbū pfectū magnū nomen libri huius: quia magnus est de quo scriptus ē liber. Quid. n. perfe
 ctius uerbo quia solus est inter mortuos liber: Audiamus quid loquatur Mercurius de uerbo perfecto. Domi
 nus iuquit & oium factor deorū: seculū fecit dominū: & post pauca ut ostenderet quid dixerit repetit & dicit.
 Quoniā ergo hūc fecit primū & solū & unū: bonus aut uisus ē ei & plenissimus omninm bonorū. Quātū ple
 nissimus Ioānes dicat euangelista. De plenitudine eius nos oēs accepimus grām pro gratia. Bonus aut ei uisus
 est & plenissimus oium bonorū. Et sequitur lætatus est. Cui uel cū quo lætatus est: dicat ipse: Sapientia dei fili
 us dei. Ego eram cui aggaudebat. Ergo lætatus est & ualde dilexit tanq; unigenitū suū. Quē primo factum dei
 unigenitū appellauit postea. Itē alio loco sic dixit filius benedicti atq; bonæ uoluntatis cuius nomen non pōt
 humano ore reparari: Quarebas paganæ coniugē dei. Audi Mercuriū: para frōtē: excipe lapidē. Cade ut eri
 garis. Frangere ut confirmeris: destruere ut ædificeris. Lētus lapidis non cutem diuidat frōis: nō uenā rumpat
 sanguis: nō apiat foueā uulneris: sed signū faciat crucis. Cōiugē dei quaris. Abiiciatur ex corde tuo ipura puri
 tas. Coniunx dei est bona uoluntas quō p̄ sit deus: & filius sit deus: nec tamen duo dii sed unus est deus: tecū
 disputare nō debeo: q̄a nisi credideritis nullatenus intelligere poteritis. Et tamē filiū dei dominū fateor. Meru
 rius hoc lapide percussus lapideus desinat esse sacrilegus: Audiamus etiam q; uates eorū. Sibylla de eodē dicit
 Aliam inqt dedit deus filiis hoīm colendum. Quātū apparet in his sniis Mercurii & Sibyllæ Sabellius iu
 dicat. Mercurius & p̄m dominū dicit & filiū: & Sibylla dicit aliū. Sabellius dicit nō aliū q; eū p̄m asserit eē
 q; filiū: optimū ualde est: si mō nō unū tantū sed etiā ad quotoscunq; missus peruenire potuerit: aduersarios in
 uno ictu pcutiamus. Item Sibylla dicit ipsum tuū cognosce dominū dei filiū eē. Versus iste & paganum incre
 pat & iudæū. Alio loco filiū dei Symbolon appellat. i. consilium uel consiliariū. Et propheta dicit uocabit̄ no
 mē eius admirabilis consiliarius: deus fortis: Arrianus arguitur: qui cū dicit minorē filiū dicit aliquādo deū nō
 habuisse filium: & si fuit sine filio: fuit sine cōsilio. Ecce ad pericula quanta puocamur: Sed q̄a deus unq; fuit si
 ne consilio: etiā cōtradiciente Arriano unq; p̄ potuit eē sine filio. Quid agis paganæ: Api aure: noli esse sicut
 aspis surda quæ obdurat aurē: ne uocē audiat incantātis. Non tibi mea uerba pfero: tuus est Mercurius: cui in
 ter deos tantus honor cultusq; allatus ē a uobis: ut eius noīe diem domini uocaretis. Ipsum audite: ipse te cōuin
 cat: ipse expugnet: & cū te uicerit illi credas: & mihi credas. Mercurius aut dixit. Dilexit deus unigenitū suū. Ip
 se dixit filius benedicti dei atq; bonæ uolūtatis. Et ne de eius nomine tædiū interrogationis sustineret: securus
 adiunxit. Cuius nomē nō pōt humano ore laudari. Quid Mercuri ab hoibus dicitis nomen filii dei narrari nō
 posse: A te narretur: qui nō homo sed deus ab hominibus æstimaris: Eloquitur ad filium suū dicens. Et aut
 inquit filii inenarrabilis sermo sapientiæ spiritus sancti. Nōne hic est In p̄cipio erat uerbum: Dicit Hermes
 sermo iste sapientia habet m̄em. Sequitur de solo deo. Domius ē oium domināte deo mortaliū. Et qd' ab hoī
 bus iudicari nō pōt: addit & dicit: Sup hoies ē nomē filii dei: narrare nō possum q̄a deus nō sū. Dicā hoies qua
 si hoies qd' nō sū. ego cognosco qd' sū: Sermo sapiæ de domio deo ē. Nō ergo ibi paganæ humanū suscipis aut
 fingas fuisse cōiugiū: de solo deo ē: & sup hoies est. Increpat & Sibylla dices ipsum tuū cognosce dominū dei
 filiū eē: ipsum: nō aliū: nō Martē: nō Iouē: nō Mercuriū: sed quē cōfitef Mercurius. Quid miraris christianæ
 qd' tale de patre & filio dicāt: Et dæmones credūt & cōtremiscūt: Nempe i euāgelio transeunte domino dicūt
 nouimus q; sis filius dei: uēstiantē tēpus torquære nos. Vtinā nos quō dæmones iudicē: sic hoies agnoscerent
 saluatorē. Quid dicit iudæus: Unus ē nobis deus pater præter ipsum alterū nō nouimus. illum uero quē dicit
 tis Christum: patres nostri non deum sed hominem occiderunt. Nempe hoc ē quod dixi: Vtinam quomodo
 dæmones iudicem: sic homines agnoscerent saluatorem. Ecce dæmones uiderunt & tremuerunt: homines ui
 derunt & occiderunt: dæmones confessi sunt: homines persecuti sunt. Quæ infelicitas est: & quanta mise
 ria impares etiam dæmonibus homines inueniri: Item homines credunt: dæmones pereunt: homines sanant
 dæmones puniunt. Sed hæc mutatio ē dexteræ excelsi nō presumptio hoīs de suis uiribus cōfidentis. Contra
 istū iudēū nō laboro. pugnēt contra eū codices sui: pugnēt lex & prophetæ. Aut uictus & humiliatus saluabit̄
 aut supbus & ptinax puniet̄. Dixit domius ad Moysē dices: Ecce ego mitto āgelū meū q; præcedat te: & gusto

*peruicax quæstio: qd' uenit
 illi ista uolūta hinc
 in puluerem conuertitur: totū
 plures p̄m: sanus rō*

Coniugē dei est bona uolūtatis

*Sibylla
 Mercurius Trismagostus
 Sabellius*

Symbolon consilium uel consiliariū

Aspis surda obdurat aurē

Dies Mercurii

quid

diat te in uia & introducat in locū quē parauī. obserua. n. & audi uocē. nec contēnendū putes. adhuc audi qd' metuas ne inquit contēnendū putes. *Quare?* qa non dimittit cū peccaueritis & iē nomen meū illo. *Quis* est iste magnus cui dedit deus potestatem & nomen? Dominus uirtutū ipse est rex gloria. Et uide probamus: qd' cū dicitur angelus: angelus debeat intelligi deus? In libro qui appellatur genesis. Venerūt inquit duo angeli sodomam uespere sedente loth proforibus ciuitatis. *Quos* cum uidisset surrexit: & iuit obuiam illis. *Quid* plura? Suscepit: obsecūdatus est eis. Tanq̄ peregrinus consuetudine hospitalitatis liberatus periculo ciuitatis: & temporale euasit incendiū & æternū consecutus est præmiū. Discite christiani sine discretionē exhibere hospitalitatem: ne forte cui domū claueritis: cui humanitatem negaueritis: ipse sit deus: non amplius euagemur a præposita actione: angeli uenerūt ad loth: & dixerūt: uidete & aduertite quia angeli loqui dicunt. *Quid* dixerunt angeli? Salua animam tuam: noli respicere post tergū: quia nemo ponens manū super aratū & respiciens retro: aptus est regno dei. Nec stes in omni certa regione: terrenis non hæreas uoluptatibus: sed in mōte saluum te fac: spes tua deus sit: ne & tu similiter pereas cū sodomitis. Dixitq; loth ad eos. Vide hominem uidentē non cæcū sicut iudæi & sabelliani neq; lippientem sicut arriani: sed oculos sanos habentem: sicut catholici christiani. angelos uidit: deū intellexit. *Quid* dixit angelus? dixit ad eos. Domine si inuenit seruus tuus gratiam coram te & magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecū: ut saluares animam meam. Magna res cum uolo iudæū ferire sicut Moyses fortissimus uir hastam suam uibrauit & misit: ut per iudeum & sabellianū trāfiret: Arrianūq; percuteret. *Quid* agis loth sancta? Angelos uides & non unū sed duos: & dicis domine: ad unū uerbū facis: unū precaris: & non metuis ne alteri iniuriam facere uidearis. Absit. recedite iudæi: recedite sabelliani: qa non uidetis. Recedite Arriani: quia parum uidetis: Ego uideo quod uideo: nec contēno: nec curo. Duos uideo: æquales uideo: unum rogo nulli iniuriam facio: quia patrem & filiū non uideo: Nam ut intelligitis me non falli cū duos tanq̄ unū depræcor: uidete utrū duo an unus humerus meis respondeat præcibus. Petiit ut i modica ciuitate proxima refugiū haberet & uideret. Respondent ei: uideamus quot sunt qui respondent: Verba libri secreta. Dixitq; ad eū quasi responsio singularis est. Ad hæc sequere uideamus: Ecce etiam in hoc suscepi præces tuas: ut tamen subuertā urbē pro qua locutus es. festina: & saluare ibi q non possum facere qcq; donec ingrediaris illuc. Vide iudæe dic angelum eē deū. Audis Arrianæ patrem & filium dicentem: nec eundem patrem quem filium propter sabellianos: sed patrem & filium: audis quid dictum est. Suscepi præces tuas: audis quid dicit non subuertam urbē: audis nō potero facere qcq;. Iudæus legat angelū: intelligat deū. Sabellius legat duos uenisse: & nō contēnat sed errorem fugiat: ne ad ignē perueniat. Sed ut plenius ostendimus dictū Angelum debere intelligi deū. Lectionis huius sequentia recitemus. Igit̄ dominus inqt̄ pluit super sodomam & gomoram sulphur & ignē a domino de cælo. *Quid* ē dominus de domino nisi filius a patre sicut ē & alio loco. Dixit dominus domino meo sede adextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Itē in Exodo. Apparuit inqt̄ Moyse angelus domini i flāma ignis de rubo Et uidit quoniam rubus ardebat igne: & non comburebatur. Et dicit Moyses transibo & uidebo hoc grande uisum: cur utiq; non comburitur rubus? Cum uidisset aut̄ dominus qd' accedit uidere: uocauit eū dōinus de rubo. Ecce ipse angelus ipse domus. & sequitur dicens: Moyses Moyses. Et ille dixit. *Quid* ē domine? Ait illi dōinus: ne accesseris huc: nisi solueris calciamētū de pedibus tuis. Locus. n. i quo tu stas terra sc̄ta ē. Adhuc audi qd' dixerit ei: Ego sū deus patris tuorū: deus Abraham & deus Isaac: & deus Iacob. Et iō iudæus sic audiat angelū ut intelligat deū & tēat deū. Sabellianus sic intelligat præm: ut nō minuat filiū. Iesus ē sicut liber dicit: q eius i scriptis ē noie cū aduersus hostes dimicaret in ipso cōstitutus p̄cinctū uidet uir̄ stantē cōtra se euagiatū tenentē gladiū: prexitq; ad eū: & ait: n̄ es an aduersariorū? q respondit nequaq;: sed sū princeps exercitus domini & nūc adueni. Cecidit. n. Iesus ad terrā & adorauit. Et nūc sequere iudæe ducē tuū. Videt & interrogat: adorat. Visio cōiōnē habet. Videt. n. & qd' agnoscit. Ergo uisio cōiōnē habet: interrogatio ignoratōnē: adoratio fidē. *Quē* uidet: hōiem. *Quis* ē iste hō? Ipse ē q cōtra inimicas gētes pronunciabat: desiderabat: expectabat eius aduētus. *Quis* ē princeps exercitus domini? nōne ipse ē q in euāgelio interrogatus q̄s eēt: respondit & dixit: principiū q loquor uobis? *Quid* turbaris Iesus? *Quare* fremuerunt gētes: & populi meditati sunt iania. Alliterūt reges terræ: & principes cōuenerūt aduersus dominū & aduersus Christū eius. Vides amatum: noli metuere: nō contra uenio: sed pro te: qa nō sum missus nisi ad oues p̄ditas dōus israel. *Quid* ē Iesus: qd' uide? interrogas: & adoras: hōiem uideo: sed præ filiis hōim ē qd' nō i tello & audio quē nō uideo: sed qd' credo: quia fides ex auditu: Auditus aut̄ p̄ uerbū christi. *Quid* ergo q̄ris: aduerte & sequere hominē uideo: sed præ filiis hominū ē qd' nō intelligo: nescio quid mihi corulcat: ut de latebris fulgidū aliqd splēdet. Vade ad eū qui uenit ad me: perscrutabor: quē uideo. hoc grāde uisum. *Quē* uideo & homo est: & non est homo: immo homo propter manichæum & plusq; homo propter iudæum: perge Iesus meus: dux meus: perge. *Quare?* quia nisi cum te inquiris me acquiris. Ecce uenio: hominem inuenio intus nescio quid intelligo: Obscurum est nondum uideo. Tecta est facies Moyse uelamine impedit facies: latet ueritas: non agnosco quid sit opus interrogatio. Dic tu homo noster es: an aduersariorū? Si aduersariorū est: & homo est & inimicus. Si noster est: & homo est & saluator noster est. post me uenit & ante me factus est. Si Iesus est: Saluator est. Interroget Iesus iesum. interroget priorem prior: sed tamen minor maiorem interroget. Deficiens crescente figura interroga ueritatem immo figura interroga ueritatem ut luceat dies: remoueantur tenebræ temporales: ecce uenio. Scio quia spiritus carnem & ossa non habet. Ad huc latet mysterium: interrogo uerum: audio uerbū: remoueo bellū: adoro dominum. In eo q Iesum uidet non cognoscit: furiosam mētē iudæorū significabat: qui si iudæus cognouisset nunq̄ dominum gloria crucifixisset. In eo autem q audiendo

Quare? qd' non dimittit cū peccaueritis & iē nomen meū illo.

Angelos uidit & non unū sed duos: & dicis domine: ad unū uerbū facis: unū precaris: & non metuis ne alteri iniuriam facere uidearis.

Angelus deus

121

loth

dixit

Iesus saluator

13

In quinq; hore/2

diendo credidit & adorauit istum significabat: de quo scriptum est. Populus quem non cognoui seruiuit mihi: & in auditu auris obediuit mihi. Audi adhuc. **Q**uærebas deum genuisse filiū: Audi qd dicit pater p̄ Esaiā p̄phetā. Nunquid ego p̄ alios parere facio ipse nō pariā dicit dominus: Ergo q̄ cæteris generatiōes tribui: sterilis remanebo dicit dominus deus tuus. Cui dictū est filius meus es tu: ego hodie genui te. **Q**uid me stimulas Arriā: irrides cū audis hodie apud dñm: nunq̄ crastius dies nūq̄ hesternus ē dies: nō succedētibus ac decedētibus transigitur mensis diebus: nō horæ mutāt: nō uariant̄ momēta: ubi dies nec terminō cōcludit̄, nec initio coartatur. Audi adhuc iudæus quid p̄ prophetā dominus dicit: audiāt Arrianus: audiāt & oēs filiū dei aut nō esse aut esse minorem dicunt: ego inq̄t deus & non est alius. Et quid de filio: Domine si tu solus es deus: audi adhuc quid festinas: In memetipso iurauī: Vbi est iuratio, nulla est dubitatio: in me memetipso iurauī: Egredietur de ore meo iusticiæ uerbum. Ecce habet filium egrediet̄ de ore meo uerbum iusticiæ & nō reuertetur. **Q**uid ē nō reuertetur: Ne Sabellius dicat quia ipse filius est qui pater: egressum uerbū nō reuertitur: q̄a pater pater est: filius filius est. Sileat aliquantulum: hæret inimicorum loquacitas nullam habens uerecundam: impleat domini sententiam. Et filio dei aut nullus aduersabitur: aut qui aduersarius extiterit: Egredietur inquit de ore meo uerbū iusticiæ: & nō reuertetur: q̄a mihi curuabit̄ omne genu: & per me iurabit̄ omnis lingua domino: & filius Dauid. Audi ergo in domino dici meæ sum̄ iusticiæ & imperiū. Ago ergo: Et qui postea ad eum uenient: & cōfundent̄ oēs qui repugnāt ei. Itē nūc oēs pagani iudæi: heretici: aduersamini & repugnant̄ filio dei: ad eū uenietis: & cōfundemini oēs qui repugnatis ei. Nō parua de filio dei secundū diuinitatē locuti sumus: & resistētibus in quantū potuimus aduersariis nō pepcimus. Nunc uolo ad eius incarnationē accedere: & manichæus obsistit impurus. **Q**uare: q̄a filium dei nō uult dici etiā filiū hoīs. Et ubi est qd̄ scriptū est: Rorate cæli desuper: & nubes pluāt iustū: apiatur terra & germinet saluatorē: & iusticia oriat̄ simul: ego dominus creauī eū. Item ecce paruulus natus est nobis: & factus est principatus sup̄ humerū eius: & uocabitur admirabilis: consiliarius deus fortis: pater futuri sæculi: princeps pacis. Itē uirgo in utero concipiet: & pariet filium: & uocabitur nomen eius emanuel. Dicit aliquis cū manichæo. Cōtra manichæum noua tela nō antiqua sunt necessaria: q̄a nouum nō uetus accepit testamentū. Sed mihi qui contra utraq; suscepi certamē: undiq; arma sunt necessaria: maxime quia ista noua de ueteribus fabricata sunt. ergo & illa nō abiicenda: & ista portanda sunt. Diuersis. n. telis diuersi cōcedunt̄ aduersarij. ordo itaq; iste seq̄ndus est ut sequens de euangelio nō sileā de prophetis. Sed ego inquit manichæus nec Moysē accipio nec prophetas Et quid aimus de Paulo apostolo: qui in exordio epistolæ suæ ad romanos scripsit. Paulus inquit seruus Iesu Christi uocatus apostolus segregatus in euāgeliū dei qd̄ ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo q̄ factus est ei ex semine Dauid secundum carnē. **Q**uid est enim in quo prophetæ cōtrarii sint euangelio: Dixit propheta: Rorate cæli desuper: & nubes pluāt iustū. Veniat angelus: prædicet uerbū: aperiat̄ terra: audiāt Maria: & germinet saluatorē. propheta dicit: Ecce uirgo cōcipiet in utero & pariet filium: & uocabitur nomē eius emanuel. Hoc ēt euangelista cum diceret secutus exposuit dicens: Nobiscum deus. frustra manichæo conaris aduersari prophetis. Etiam apostolus dicit de filio q̄ factus est ei ex semine Dauid secundū carnem. **Q**uod prophetæ prædixerūt & dixerunt: hoc apostoli prædicauerūt & uiderunt. **Q**ui erat: factus est: quid erat qd̄ factus est: uerbū erat: caro factus est. filius dei erat: factus est filius hoīs. Deus erat: homo factus est. Suscepit humanitatē: nō amisit diuinitatē: factus est humilis: mansit sublimis. **N**atus est homo: nō destitit esse deus: natus est paruus: latet magnus. **Q**ui libenter amplectitur natū: nō abhorret uirginis partū: Dicit tibi creator hominis. **Q**uid est qd̄ te permouet in mea natiuitate: Nō sum libidinis cōceptus natiuitate. Ego matrem de qua nascerer feci: ego uia meo itineri præparauī atq; mundauī. hanc quā despicias manichæo mater est mea sed manu fabricata est mea. Si potui inquinari cū eam facerem: potui inquinari cū ex ea nascerer. Sicuti trāsitu meo illius nō est corrupta uirginitas: sic mea non est tibi maiestas maculata. Si solis radius cloacæ sordes siccare nouit: inquinari non nouit: quāto magis splendor lucis æterne in quo nihil inquinari incurrit: quodcūq; radiauerit mūdare pot̄. ipse polluī non potest. Stulte unde sordes in uirgine matre. ubi nō est concubitus cū homīe patre: Vnde sordes in ea quæ nec concupiscendo libidinem nec pariendo passa est dolorē: Vnde sordes in domo: ad quam nullus habitator accessit: Solus ad eam fabricator & dominus uenit uestem quam nō habuit induit: eaq; sicut clausam inuenit reliquit. Sit ille solus natus est inter mortuos. Sic & istius ex qua natus est matris pudor solus est integer. Eua inobediēs mœruit pœnā: Maria obediēs cōsecuta est gratiā. Illa gaudio phibito maledicta. hæc credēdo angelo benedicta. Illa nobis mortē cōtulit: hæc uitā pepit. **Q**uid agis manichæo: Christianū præmis: nō Christū defendis. Taceat immunda uanitas: quia mundata est ueritas. Velim adhuc perseq̄ manichæum: sed infestū patior Arrianū q̄ confidit de uirtute sua: & gloriat̄ de potētia sua. Iam quidē cū aliis respōderemus: nec ipsi tacuimus: sed iā nūc seruato ipsius ordie: uideāus q̄ spicula iaciat. Nullius terreat p̄sona potētis: ois caro scēnū. Vides quotidie scēnū crescere: scēnū florere. **Q**uid expauescit: tales fructus deserta germinat terra agricolā nō accuso sed q̄so ubi mihi est. O boni agricolæ qd̄ agitis: q̄re uocatis: uidetur qd̄ malo ista plena sit terra: hinc spinæ hinc tribuli: hinc scēnum surgit. Spinās incendite: tribulos heradicatē: scēnum siccate: bona semina spargite: nō terreat hyēs: etsi abūdat iniquitas: tamen nostra feruescat charitas. Serite hyeme quid metatis æstate. Sed quibus dico: O ubi estis fontes lachrymarum: quibus agricolis loquar: Alii sunt mortui: alii sunt fugati: terra tradita est in manus impii tribulatio & necessitas. Domine da nobis auxiliū de tribulatione: ut salus hominis: non sit uana: sed uera. **Q**uid dicis Arriane: Interroganti te quæso respondeas: nolo dispicias paruulum: non te grandis forma iuuat: non magna protegunt arma: frontem penetrant galeatam. Dic ergo mihi quid in

quid dicit manichæus

411

manichæus

Emanuel

Solis melius sordib; nō inquinat

Seruitur hinc qd̄ manichæo

terrogo. Credis in deum patrem omnipotentem? Credo inq̄s. Interrogo. Credis in Iesum Christum filium eius dominū nostrū? Credo inq̄s. Interrogo. Credis in Deum & hoīem natum de spiritu sancto ex Virgine Maria? Credo inquis. bene facis. adhuc interrogo: Sicuti & pater est deus: ita & filius deus est: Ita alius est pater: alius ē filius. Et maxie etiā æqualis patri filius: æqualis inquis. Quid restat? Ecce ad oia quæ interrogauimus respondit. In eo qd' credere se dicit deum patrē & deum filiū: contrarius est mecū pagano. In eo qd' credit Christum deū & hoīem natū de spiritu sancto ex Virgine Maria: mecū est contra iudæū & manichæū. In eo qd' credit alium esse patrē & aliū filiū: mecū est: contra Sabellianū. Age si mecū es in oībus: quare litigamus? si una nobis ē hæreditas: simul possideamus. fratres sumus. Ecce q̄ bonū & q̄ iocundū habitare frēs i unū. si bonū & iocundū est habitare frēs in unū: quare est noua fabrica ante mugē: simul ad custodiam nræ hæreditatis inuigilemus. hæreditas nrā præclara est nobis: hēmus iuidos inimicos. Ipsi presidere uolunt: nō nobiscū sed cōtra nos nemo sibi aliqd' usurpet. Hæreditas ista sic nobis pmissa est: ut indiuisa possideat: nō partibus dissipeat. Simul colligamus: ne diuidendo pdamus. Paup̄tas sollicitū me facit. rogo te: noli foras præter me colligere: ne icipias spargere. qui. n. mecū nō colligit spargit. Quasi oblitus sum cum quo agebam: sed nō oblitus interrogo Arrianū: quē desidero esse catholicū. Dicit aliq̄s. Ad oia quæ uoluisti respōdit. In respōsionibus illius nihil iueniē aduersi. qd' aliquis q̄ris: expecta frater: noli facere: noli iudicare. habeo adhuc qd' interrogē: noli te cito illi cōmittere. Respōsio claret uirus latet qd' dixisti frater: Aequalis est p̄ri filius: æqualis est inquis. Eia mō uigila: modo manifestabit qd' latebat: Quomodo forte in utroq̄ dicis æqualē p̄ri filiū: opatione an origine: p̄tate an æternitate: an forte in utroq̄ absit inq̄: operatione & p̄tate æqualis est nō æternitate. Quid. n. fieri potest: ut genitus æqualis sit ingenito: En adest ille qui mecū quasi cohæres ambulat. dolus apparuit: q̄ latebat: mecū possidere putabat: Diuidere uult sed nō p̄mitto. p̄rius resisto leges habet ut testatoris uoluntati in oībus pareat. Siq̄s cōtra testatoris uolūtate facere uoluerit: careat hæreditate. Sed silēt leges inter arma: nō p̄fus. Ad hoc laborat: ad hoc pugnat: ut legibus seruiat: testamētum p̄fero: uerba testatoris recito: Si habet qd' diuidat: ibi inuenio: sed si nō habet qd' diuidatur de ipso testamēto resisto. Quod habet testamētum audi. Pacem meādo uobis: pacem meam dimitto uobis. hæc est hæreditas. & quis ipse testator: lege testamētum: & inuenies cum p̄pheta de deo loquitur. a te magnificabitur usq̄ ad terminos orbis terræ: & erit iste pax. Gloria in excelsis deo & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis: non diuisoribus sancte unitatis: sed hominibus bonæ uoluntatis. Ipse est hæreditas ipse est testator: ipsū quæris diuidere. Quid partiris unū: si unū diuideris: integrū nihil habebis. O Arriana hæresis: crudelis: impia: meretrix: erubescere iudicāte Salomone meretrix ne unum uiuū ne undecūq̄ cōceptum: lāq̄ partū perdēt. nō p̄misit diuidi filium suū: & tu diuidis dominū tuum. Illa & si meretrix tamē pia quia mater. tu autē meretrix & lupa quia nō mater qd' paris præfocas. qd' nō paris cōgregas. Quomodo alienū lactas: quia & tuū negas: uiscera tua durauerūt: illius tremauerūt. Quid dixit: Date illi puerq̄: & nolite diuidere eum. filius meus est: sed melius apud illū gaudeo uiuū integrū: q̄ diuisum lugeo mortuū. filius meus ē. Sed qd' puero mater prodero: si uitam quā non cōfero aufero. Volo illius crudelis a paruulo repellere ubera: sed magis cogor iudicis tremere macharā. Date illi filiū meū: meus ē natus: sed migret ad illā: totus apud me mæt affectus. Date illi puerq̄: tātū: nō auferatur uita mēbroq̄: nō diuidat integritas: mihi nō eripitur pietas: quid dixit Date illi puerū: nolite diuidere eum. Ecce ego dico totū posside: & noli diuidere hæreditatē: sine præiudicio p̄ maior est. filius minor est. O partes: O iusticia: o æquitas. una pars maior est: alia minor: Nō consentio: nō facio: partem: quia nō diuido pacem. Si enim iam fracta fuerit pax: iam nō erit pax. Illibata esse non potest apud quē fides integra non est. Vnde quia mecum non uis possidere hæreditatem: non potēs obtinere. postremo si mortuo nō parcis: sed perfide studes: uade interpella iudicem. Videamus quid ibi dicturus est habes iudicem ordinariū. Nolo mihi adducas ex diuersis partibus alias atq̄ alias p̄tates nō. mihi armiger: sed legifer necessarius est. Et ubi iustum inuenio: aut ubi eum inuenis: Audi prophetam dicētem: Dominus iudex noster domus legifer noster: ne condēnandum putes. Audi quid sequitur. Dominus rex noster: ipse saluabit nos. Ecce habes iudicem. Si parum est: rex est ante te est sic est in cælo: ut nō deserat terram. Celum inquit ego impleo. Ecce uobiscum sum usq̄ ad consumationē sæculi. Et nobiscum est & cū patre est: quia nec patrē dimisit cū ad nos descendit: nec nos deseruit cū ad patrem ascendit. Ipsum interpella ipsi dic. Domine dic fratri meo: ut diuidat me cū hæreditatē. Audi respōsum diuinū: audi istum iudicem: audi pacē fugiētem litem. Quid ait amice: q̄s me constituit iudicē aut diuisorem inter uos? Vis diuidere pacem & quæris hēre pacē iudicē. Iudex tuus nolo esse: pax sum litigare non noui: Consentientibus assisto: litigantes fugio. Cum inimicus esses patri meo reconciliaui te p̄ me. Quō ergo a p̄re meo separabis me? ego cū esses longe: ueni ut reducerē te cū inter mōtes & siluas errares: quæsiui te: inter lapides & ligna inueni te. In lapidibus offendebas: & his hærebas: quia ligna & lapides adorabas: ne lupos ferarūq̄ audio ore laniarēris: collegi te: humeris meis portauī te: patri meo reddidi te: laboraui: sudauī: caput meū spinis apposui: manus meas clauis obieci: lancea latus meū aperuit: Tot non dicā iniuriis sed asperitatibus laceratus sum: sanguinē meū sudoriam meam posui: ut mihi coniungerem te: & tu diuidis me. Audi qd' respōdeat discipulo q̄ filiū nouerat: & p̄rem q̄rebat. ait Philippus domio. domie ostēde nobis patrem & sufficit nobis. Et dominus ad eum. si uelis Arriane audire cum apostolo errasti: cum apostolo redi: cum apostolo sit illius obiurgatio etiam tua curatio. Quid ait dominus tanto tempore uobiscum sum Philippe. Ego ueni te patri meo applicare: & tu noli separari. Quid quæris quasi alium patrē me? Qui me uidet uidet & p̄rem. Tāta ē in nobis ueritas: tāta similitudo: tanta charitas: ut ego in patre uisim & pater in me. Sentio Sabellianē quid mūstas? In Arriano me concludere: ab Arriano me uocare festinas. Sed in nomine patris

Si una est res habens filios

Sicuti leges in uis uis

O Arriana hæresis

aliud

iudicem

Musculus

patris & filii & spiritus sancti non tecum sed unius dei cum illis respondeo te non praefero. Quid dixit dominus: Qui me uidet uidet & patrem. non dixit ego sum filius simul & pater. sed dixit: Ego in patre & pater in me est. & qui me uidet uidet & patrem. Positio unius syllabae quae dicit & discernit: & patrem discernit & filium: te qui dem monstrat nec patrem habere nec filium. Dic mihi Arriane patrem deum dicis: & maxime: quid filium: ipsum quoque deum confiteor. Bene agnoscis quia cum in carne pronunciaret uenturus: de ipso dixit propheta. Dicite pusillanimes confortamini: & nolite timere: ecce deus uester ultionem adducet retributoris: deus praeueniet: & saluabit nos: agnosco in eo quod te agnoscere, dicis: propheta non aduersaris. quod ergo dicis de patre: deus est. quid filius: deus est. Coaeternus est patri filius: non ergo erat tempus quando non erat filius: ergo fuit tempus quando non fuit filius. non ergo omnia per ipsum facta sunt. Iam. n. erat tempus quando non erat filius. Si erat tempus quando non erat filius: Ioannes euangelista non debuerat dicere: In principio erat uerbum: sed in principio erat tempus. Ioannes dicit: omnia per ipsum facta sunt: & Arrianus contradicit. Dic Arriane unde scis quia erat tempus quando non erat filius: An tu forte dicturus es: & Ioannes unde scit: quia supra pectus domini recubuit: & inde hauriebat quod in conuiuio domini bibebat: quia in principio uerbum erat. tamen dic quando in principio erat uerbum: & uerbum deus erat: Arrianus ubi erat nescio: si audes dicere ibi erat. Notum est. n. & legitur quo tempore natus: meritoque datus sit. notum est etiam quando uixerit quomodo mortuus fuerit. & ideo non audes dicere de Arriano sicut de uerbo fuit: & est quia nec tunc fuit: nec modo est. Sed ut in omnibus excludatur Arrianus: audi quod per Salomonem dicitur. Dominus fecit regiones & fines habitabiles sub caelo. Cum pararet caelos: aderam illi. Et post pauca. Ego eram apud illum disponens: ego eram quando faciebat fortia fundamenta terrae: ego eram cui aggaudebat. Sed dicis tempore agit. Vtrum fuerit ante quod esset tempus audi ipsum per prophetam dicentem: Ex tempore inquit. quod ex est tempore: nunquam ex quo tempus coepit esse: Non sic ipse Arriane: non sic: Sed ex tempore ante quod fieret tempus ibi erat quare iam quando non erat: qui ante tempus non erat. In principio erat uerbum. Melius graece dicitur λόγος quippe uerbum significat & rationem. Vides ergo quia semper erat: de quo audes dicere non erat. At si dicis aliquando deum sine uerbo aut sine ratione fuisse: iam non filio tantum sed & patri aduersarius eris. Ego inquit ex ore altissimi prodii. quis uerbum: & uerbum hoc quid est: Ioannes dicit: Et deus erat uerbum ergo uerbum & cuius erat uerbum: non duo sed unum sunt. non inquit quia uerbum posterius est eo cuius est uerbum. Unde appareret patrem filio esse minorem. negas itaque filium dei esse deum. non nego inquit: & patrem deum dico & filium deum dico: sed patrem maiorem filium minorem. quod diu pater maior filius minor: dic mihi quia uideo calculari uelle aeternitatem: Quot annis praecedit deus pater filium suum: Vbi diem natiuitatis filii legisti: filii dei dico non dico filii dei & hominis: ubi ergo diem natiuitatis eius ex patre legisti: Cum quo mathematico creatoris syderum constellationem quaesisti atque tractasti: quam horam: quae momenta: quos numeros: quas minutias momentorum: natiuitatis eius qui omnia condidit collegisti: Conquiescat ergo haeretica non religio: sed superstitio. De Christi initio deficit calculatio: quia cum auditur sine initio aeternitas: nulla quaeritur aetas. Si pater deus & filius deus: pater maior filius minor: iam non unus sed duo sunt dii. Quid ergo est quod dicit per prophetam: Ante me non est formator deus: & post me non erit: Quid dicis Arriane: cui istas deputas uoces: Si patris sunt dicendo: Ante me non est formator deus: & post me non erit alius: aut ipse pater non erit aut filius non erit. Si tantum eni diceret: Ante me non est formator deus: nec adderet & post me non erit: liberum tibi haec uerba erat patri tantummodo applicare. Cum autem sequitur & dicit: & post me non erit: secundum te ut dixi se & patrem & filium negat deum. Item si filii sunt haec uerba patrem suum & deum negat & patrem. Si eni non diceret: Ante me non est formator deus: sed tantummodo post me erit: posset forsitan dici filium solum fuisse locutum. Modo autem cum dicit: Ante me non est formator deus: & post me non erit: patrem suum nec deum dicit esse nec patrem. Item si patris sunt haec uerba quis dicit cui dicit filius meus es tu: ego hodie genui te: An forte medietas arguendus est: Sed si filii uerba sunt: quis dicit cui dicit pater usque modo operatur: An forte & iniuriosus patri iudicandus est & ingratus: Sed nunquam ingratus diceret: postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam terminos terrae: An forte quid dicent aut fallere uoluit: aut ut minus aliquid de Propheta dicamus finxisse credendo duos sibi confabulantes. id est patrem & filium: & dicente patre Ante me non est formator deus adiunxit & filius dicendo: & post me non erit. Inimica sunt quae agimus ad diuinam: O scelus: pro dolor parce parce haeretica impietas: cum tibi deum non capias: nos quoque a blasphemiam pro uocas. non haec sancta docet ecclesia. pater pater est: filius filius: & ille nunquam fuit pater: & iste nunquam fuit filius: ambo aeterni: nec coeperunt esse: nec desistunt. Quod pater loquitur filius loquitur: quia uerbum patris est. & quod filius loquitur: pater loquitur: quia pater uerbum est. ipsum uerbum dicit: uerbum quod ego loquor a me ipso non loquor. concedite quae se creatori: & in creatura si potestis capite creatorem. Ecce ignis & splendor duo sunt. alter ex altero est: nec sine altero alter est. ignis pater: splendor filius: & ipse si possit dicere quod luco a me ipso non luco: sed qui me misit: ipse mihi dedit ut luceam. Ignis. n. splendorem mittit. & sicuti filius de patre deo dicit: ita & splendor non potest dicere potest: Ignis mecum est: extingue ignem: & splendor nunquam parebit. Iste ignis & splendor pater & filius: unus sine coniuge pater: alter sine matre filius est: nec diuidi alter ab altero potest cum sit alter ab altero: initium tamen alteri usque non potest sine altero. Haec autem posse creatori tributum creaturae quod potest ipse creator. Accedat paganus: accedat Sabellianus: accedat Arrianus: contemplet lucernam: in ipsa uideat quod in deo uidere non possunt. non facio iniuriam: si tantum creatoris cupio ostendere patrem: ignis siue lucernae tantillam offeram similitudinem. Scriptum est: lucerna pedibus meis uerbum tuum domine & lumen semitis meis. & de deo dictum est: Ignis consumens est. accedite ergo: & lucernam diligenter considerate: uestraeque fatuitates & tenebras remouete: paganus intueatur: & illic sine coniugio patrem esse discat filium: & quomodo natus est filius. Si caecus non es ibi uide inter ignem & splendorem: quare

Calculari uocantur
Calculari

Ignis et splendor duo sunt

101

20

medium. Si nullum est medium: nullū ē coniugiū: noli amplius perscrutari mediū. ne magnū patiaris incendium. Accedat sabellianus: uideat duos in unū ignē & splendore: nunqd non recte dicere potest splendor ergo in igne: & ignis in me: sicut filius dicit. Ego in patre: & pater in me: Accedat & Arrianus: uideat & ipse alterū ex altero: nec tamē nasci posse alterū sine altero: nemo eorū prior: nemo posterior: Coæui sunt pater & filius splendor & ignis: nec ignis sine splendore: nec splendor sine igne esse pōt. aut certe mitte manū: diuide alterū ab altero: ostende mihi splendore sine igne: aut certe ignē sine splendore. absit: ardere tātmōdo poteris separare alterū ab altero nō poteris. Sicut enī ignis & splendor alter ex altero est: nec alter sine altero esse potest: nō illis ortus q̄ non est: sed æternitas atq; substantia una est. Ignis & splendor tēporales sunt: pater & filius æterni sunt. Sunt dico quia pater & filius deus: dico quia unum dualitas in prole: unitas est in deitate. alterum fecit unius natiuitas sed unū ostendit esse diuinitas. cū dico filius alter est: cū dico deus unus est. Alius est quia filius est: aliud quod dem non est quia deus est. Erubescite Arriani: Tui causa hoīs iam iudicati in cruce pendentis Pilati non sunt ausi carnifices conscindere: & uos charitatem dei in cælo sedētis imo charitatē domini diuidere conamini. Vos in infernū ruitis: iam illā tunicam nunq̄ rumpitis: Item per prophetam dominus dicit: Nō erit deus ultra me: dominus iustus & saluās non est præter me. Hic Sabellianus stultus. Ut enī & unū eundēq; patrē & filiū talibus se testimoniis credit muniri. Cōtra Arriani ut probēt aliū esse patrē: aliū esse filium alia proferunt testimonia: & dicūt in tantū alius est pater: alius est filius: & alius est maior alius minor: ut pater dicat filio: Dedi te in lucē gentiū: ut filius dicat: Dominus misit me. Quātū intelligo lux ista gentiū tam clara est atq; perspicua: ut heretici eam comprehendere non ualentes atq; perspicere cecati nō in ea possint ambulare: sed potius oberare: Arrianus aliud. Sabellianus aliud: Quale bellū: quid ad hoc catholicus? Arma inquit quæ portant mea sunt mihi militant: ambo contra se pugnant sed pro me. ut ambo deficient: & non alter ad alterum trāseat: sed ad me properent: & ego aliud unde percutiantur utriq; proferā. Tu Arriane dicis maiorem esse qui mittit: minorē q̄ mittit. Interrogo te q̄s ē maior cui preparat aliqd ueniētū: an q̄ preparat cui exhibet officium q̄ exhibet? Vtiq; si hoīm genus interrogēs: respōdet illū eē maiore cui precedit: uel cui officium exhibetur. Tu inde uis probare minorem filium quia missus est: ego ostendo eū qui misit precedere eum quem misit: nec alterum eorum dico maiorem quia non audeo dicere uel minorem. Esaias propheta dicit: Hæc dicit dominus: Christo meo domino: cuius apprehendi dexteram ut subiiciam ante faciem eius gentes: & dorſa regum uertam: & aperiam coram eo ianuas & portæ non cludentur. Ecce ille qui miserat precursor factus est. Quis enim maior aut superior ante minorem ianuas aperiet: uel quomodo id faciet nisi paululum ante precesserit. Audi adhuc & porte inquit non cludentur: quomodo ergo ante te ibo: uides qui miserat & quomitat & precedit. Iam tu discerne quis sit maior quis sit prior: ego nullam descretionem uideo: sed potius æqualitatem conspicio. Filius dicit de patre: misit me pater: pater filio dicit: ego ante te ibo. Recedat de medio discordiosa calamitas æqualitas hæc exhibet non disparilitas. Adhuc sequere: uel clarius appareat: quis enim dicit: ego ante te ibo: & gloriosos terre humiliabo: Hic esto & tu pagane: audi quid dicat propheta non mihi ego quod uolui scripsi: Codex in quo scripta sunt legatur: In armario iudei habent. Inimicus meus testis est meus. Ab ipso quære: aperi: lege. & crede. Dorſa inquit regum uertam: & gloriosos terræ humiliabo. Nonne uides reges terræ qui ante perſequebantur christianos nunc esse christianos: nonne uides ipsos qui humiliabant ecclesiam: humiles itroire ecclesiam: nōne nunc eos uides habere defensores quos ante habebat persecutores: Ego inquit ante te ibo: & gloriosos terræ humiliabo: portas æreas conteram & uestes ferreos confringam: & dabo tibi thesauros absconditos: & archana secretorum: ut scias quia ego deus qui uoco nomen tuum deus israel. Audiatur Sabellianus: deus dicit: ego duo sunt qui dicit: & cui dicit. Audiatur Arrianus: ego deus: & non est amplius: extra me non est deus diuinitatis: ex quo aduersus istas hæreses duas certando laboro: pene sum fatigatus. Veni domine meus iesu præliator fortissime. princeps exercitiū domini: qui diabolū uicisti & seculum: apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi: Præcessurus in prælium: & uicturus in mundo adorauit non tanq̄ uirtutis impotens cum esset omnipotens sed ut nobis propter quos uenerat humilitatis magisterium exhiberet: & quid dixit: pater clarifica filium tuū. Modo Arrianus maledictus dicit: uides quia minorem claritatem non haberet nisi patrē petifset expecta homo quid festinas: Tu hominem uides: in qua forma non solum patrē: sed etiam angelis minor est: homo patet: deus latet. Tu mihi ostendis hominem humilem: aperi oculos tuos: & deum uide: sublimen: non angelis minorem sed patri æqualem. Pater inquit clarifica filium tuum: ecce minorem. Adhuc sequere: ut & filius tuus clarificet te: ecce æqualem: Inuenimus filium agnoscentem patrē: & adorantem: ei q; coiunctum: non ut putabatur ingratum. Videamus quid de filio dicat & pater: assumpsit Iesus Petrum Iacobum & Ioannem fratrem eius: euangelii uerba sunt: & duxit illos in montem excelsum seorsum: & transfiguratus ē ante eos: & respēdit facies eius sicut sol uestimēta autē eius facta sunt alba sicut nix. Ecce apparuit ei Moyses & Helias cū eo loquentes. Moyses & Helias lex & propheta loquebantur cum illo: ostendebant quæ præuiderant: manifestabant quæ predicauerant. loquebātur: outes qd loquebāt ut iudei cōuincerentur: manichæi confunderentur: pagani conuincerentur: hæretici comprimerentur: catholici confirmarentur. Loquebatur lex & propheta: asperitas & leuitas: tristitia & mansuetudo: præceptum & adiutorium: ferraamenta & uel medicus: umbra & lux: prece & dux: sententia & misericordia: & quid post hæc: Respōdens autem Petrus dixit ad Iesum. Domine bonū est nos hic eē: si uis faciamus hic tria tabernacula: tibi unū: Moysi & Helias unū: & tibi unū. Quid dicit sancte Petre: Mūdus paritur: & tu secretū petis. Vides ergo tot gentes in unū cōuenire: & tu requiem quæris. uides tenebras mundi & tu lumen abscondis. Nemo accendit lucernā & ponit eam sub modio: sed super candelabrum

offitium

Amariu

Humilitatis exemplum et
Magisterium.

est

pur

um

super candelabrum: ut luceat omnibus qui in domo sunt. Vidisti tu: uideamus & nos: tenebrae sunt: non offendamus in paganis: non erremus in haereticis: luceat nobis lucerna: doceat nos uerbu in carne. Videamus quid dicit euangelista: uideamus si admissu est consiliu Petri. Adhuc inquit eo loquente: ecce nubes lucida obumbrabat eos: ecce uox de nube dicens: oes audiamus: nemo aures claudat: audiant pagani irrisores: audiant iudaei persecutores: audiant manichaei fantasma seminantes: audiant haeretici erronei litigatores & audiant & maxime audiatur: audiant & catholici fideles dei electores: isti audiant ut instruantur: illi ut corrigantur: aut isti audiatur ut seducantur: illi ut puniantur. Quid dixit uox de nube? Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. Vbi estis qui aduersamini in filio dei? Pater dixit: Hic est filius meus dilectus: & tu dicis non habet filium deus. Tu paganus quid foris stas: & murmuras: intra huc in scholam dei: aperi aures cordis tui: audi uocem domini & simile filium dei: quid agitis iudaei qui occidistis filiu dei: quo fugietis: ubi uos abscondetis? Qui montes: quae petrae super uos casurae sunt: & si in cauernis petrae uos absconderitis: inde extraham uos dicit dominus. Sed & uos uenite & intrate: consiliu meu audite desperare nolite quonia sunt reliquiae homi pacifico. Scruistis: occidistis: sanguine Christi fudistis: in periculo estis: filio dei increduli fuistis. Quid facere nunc debetis: nisi credentes ut baptizemini: bibatisque sanguinem quem fudistis: non est quod horreatis: fusus est sanguis medici: & factus est medicamentum freneticis: quid dubitatis? Gustate & uide: quoniam suavis est dominus. Quid tu Manichaeus quid diu fantasma somniaris? Euigila & uide: nubila tonant: & quid tonant? Hic est filius meus dilectus. Vide in terra hominem uerum: audi de caelo deum uerum: utrumque uerum esse cognosce: id est deum & hominem filiu dei: & hominis unum eundemque esse hominem: & deum cognosce & placabis deum. Caue ne offendas in lapidem: & mortis patiaris ruinam: quia quod somniaris uanitas est: quod deus tonat uirtus est. Audi tu Sabellianus: audi de caelo patrem: uide in terra filium: & noli dicere idem pater qui filius est. Audi Sabellianus & in patre & filio noli errare: sed sequere unitatem. Domine audiamus quid dicis de filio. Hic est inquit filius (Vide in terra hominis filium: audi de caelo dei esse filium) meus dilectus: in quo mihi bene complacui: & quid ille ipsum audite. Deo gratias insonuit praecipuum deo: & remotum est consiliu Petri: Gratias tibi deus uirtus: gratias tibi deus pater: qui & filiu tuum ostendisti: & mihi ducem dedisti. Recedat Sabellianus: recedat Arrianus: recedant caetera pestes: recedat omnis iniquitas atque doctrina: doceat deus & non Arrius: doceat filius & non aduersarius. Dic dominus meus Iesus doce: ut discam quod doceas. Sabellianus dicit. Ipse pater est filius. Arrianus dicit. Alius est pater: alius est filius: pater maior: filius minor: aduersatur: clamat: litigat: pugnat: tubas congregat: contra Christum dimicat. Ille sanguinem fudit ut redimat: iste pecuniam spargit ut perimat: speluncam fabricat: illic catholicum praefocat: christianum uocat paganum: baptizato ingerit baptismum contra id quod scriptum est. Qui semel lotus est non indiget denuo lauari. Clamat homo christianus sum: quid me dicis esse quod non sum? clamat fidelis sum: & ille dicit: accipe a me pecuniam. clamat redemptus sum: & ille dicit: accipe a me aurum: aut quid das? aut quid auferis? Das pecuniam: auferis gratiam: das praecipuum: ut auferas quo emptus sum. Quid emis ab empto? precium meum non aurum sed sanguis est christi: non me seducis: non me decipis: quantumcumque mihi conferas non mihi tolles precium meum: pecunia tua tecum sit in interitum: nam precium meum non habet precium. Clamat homo fidelis sum: exufflas. Quid rogo christiano referuas? In quo praecipuum & filiu & spiritum sanctum exufflas? An forte nouam fide: nouum baptismum: nouum deum de transmarinis partibus adduxisti? Dic meus Paule: doce diuini iuris perite sponsi amice homo iste modo uenit: me non subuertet: fidei unitatem scindit: trinitatem diuidit: non sibi consentientem rebaptizare contendit. Quid facio in Iesu christo: per euangelium tu me genuisti: baptizatus sum. An forte aliud baptismum & alia fides? Absit inquit: una est fides unum baptismum: unus est deus pater omnium. Iam credidi: iam baptizatus sum: iam praecipuum habeo dominum: quare homicidam patior Arrianum? Subueni domine deus Iesu: accinge gladium super femur tuum potentissime: et egredere et occide eos omnipotentissime. In se ait uiuant: in te desinant persequi me. Sabelliani te subtrahunt: Arriani minuunt: tu quid dicis de te? pater dixit ut te audiamus. Cum te audimus ipsum audimus: uno ictu utrosque percute aduersarios: pereant inquit uaniloqui et mentis seductores Arrius et Sabellianus: non dixit ego et pater unum sum: sed ego et pater unum sumus. Ergo si pater & filius unum sunt: imo quia indubitanter unum sunt: non duo sed unus deus: non in unicum aliquid propheta scripsit: sed uerum dixit domino dicente. Ante me non est formator deus: & preter me non erit. Docuit uirtus uirtutem: & gladio bis acuto omnem peremit errorem. Si adhuc reluctantur haeretici: audiant catholici diffinitiuam sententiam: quam sequantur. Audite patrem quid dixerit filio. Audite filium quid de patre dixerit uel de se. Siquis uobis euangelizauerit preter id quod accepistis: anathema sit. Diximus de patre & filio quod potuimus: & quantum potuimus si tamen aliud digne potuimus: de spiritu sancto tacuimus: sed non eum separauimus. Quia quid enim de patre & filio diximus: & de spiritu sancto diximus: est enim cum illis & in illis aequalis: unus: non minor aut tertius deus. Quid aliud dicam fatigatus? Qui spiritum sanctum a patre & filio aeternitate substantia uel comunione separat: eumque negat spiritum esse patris & filii: plenus est spiritu immundo: uacuuus spiritu sancto. Ideo enim deus dicitur charitas: quia non partibus diuidit unitatem sed ineffabiliter coagulat trinitatem. Ipsa est enim trinitas unus deus: turris fortitudinis a facie inimici: credentes in se custodit ipse in saecula saeculorum.

Aperi aures cordis tui

Aduersari: aduersari: litigat: pugnat

Spiritus sanctus

Omniplon

Expositio fidei Niceni concilii: In qua docet filium coaequalem coaeternum & consubstantialē patri: & Arriū confodit: docet quoque spiritum sanctum deum esse: & a patre filioque procedere. Epistola tertia.
Redimus in unum deum patrem omnipotentem: omnium uisibilem & uisibilem creatorem: et in mundum dominum nostrum Iesum christum filium eius natum de substantia dei patris: quod graece ομοουσιον, id est consubstantiale deo de